

membris Ecclesie, deq[ue] Schola membris se nobis subdugerit, ali-  
os tamen aque aptos ac idoneos viros in locum surrogasti: Deniq[ue]  
quod incendia et inundationes, quod famem, quod pestem, quod bellum  
ab his oris ac hac urbe clementer avertisti, quod annum benignitate  
tua coronasti, cunctasq[ue] pericula, quae cervicibus imminuere nostris,  
feliciter propulstisti, decentes agimus habemusq[ue] gratias.

Non obliviscemur eorum, quae tribuisti nobis ex gratia, sed coram Tertio,  
quam exoramus jam, Ara, Ev[angelicis] nampe, conjunctim preca-  
bimur, ut et postea misericordia et gratia tua nobis adesse velis.

Et quidni precaremur? Certu[m] si unquam tempus precandi fuit,  
hodie illud est; eo quod omnia videantur vergere ad interitum. Mur-  
dus senescit, Imperia ruunt, Ecclesia premitur, Veritas languet,  
Charitas friget, fides exspirat, sanguis sanguinem trudit.

Tota proinde calida nuncupo, ut Opt. Deus propitiis Sere-  
nissimum et Clementissimum nostrum Principem, Electorem  
Saxonie fortissimum, Patrem Patrie Indulgentissimum, una cum  
tota Illustrissima Familia saluam sospitemq[ue] seruet: ut Nobilissimum  
atq[ue] Amplissimum Patrum Ordinem in hac incluta Reipubl. porro  
protegat, eorundemq[ue] consilia rata esse jubeat. Adsit, adsit Deus

quoq[ue] sua gratia perveverendis Ecclesie Ministris Gymnasijq[ue] hujus  
Ductoribus ac Doctoribus dextrinis, quibusvis utriusq[ue] Collegii be-  
nedicens laboribus: Adsit item pro Clementia sua aeterna omni-

bus civitatis hujus inclutae incolis, bonumq[ue] vitam, bona opesq[ue] tueatur,  
incendia et incommoda quaq[ue], quorumq[ue] veniant nomina, a Perati-  
bus eorundem, tanquam unicus malorum omnium averruncator,

semper Cereci Alexikakos vocant, averdat: Arceat pestem et  
annonae caritatem: non sinat extinguere apud nos lucem Evangelii:  
Noluit a barbarie postliminio redeunte turbari artes, turbari sen-

tuas: Noluit turbari disciplinam et everti leges: noluit deniq[ue]  
Texapolitani agri urbes, quae hospitia sunt et nidi Christianae  
Ecclesie, stabula et Magalia immanium Latronum fieri.